141

A la Santitad de Nro Señor.

Por

El P.e Diego Madueño de la Comp.a de IHS.

Quod primo loco desideratur et petitur, est, deffinitio controversiæ de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis. —

in secundo loco petitur ut interim tria concedantur. —

Primum est, quod urgentibus scandalis, Ecclesia (absque fidei deffinitione) declaret mentem suam, nimirum fuisse et esse, celebrare Conceptionem sanctam et immaculatam, et preservationem ab omni culpa seu pecato originali. et propterea in eius honorem offitium instituit et ordinavit, ad illiusque celebritatem, fideles per indulgentias hortata est, prout in extravaganti cum præexcelsa continetur, quod offitium antiquum à Sede Apostolica promulgatum, Leonardi hilicet de Nogarolis, restituendum necesse venit. —

Hoc primum punctum Pontifex potest et debet declarare, tum quia constat clare ex extravaganti Sixti IV. et ex offitio antiquo et moderno: tum etiam, quia fideles habent ius petendi a Pontifice quod declaret quid celebratur in festivitatibus. et iam tandem oportet finem imponere tot scandalis. —

Hac item de causa innovari secundo petitur preceptum Gregorij XV. quo prohibentur omnes, contrariam sententiam voce vel scriptis, aut quovis modo asserere in publico vel privato, revocarique omnes licentias generales vel spetiales, quæ à die publicationis presentis decreti minime valebunt. —

Denique petitur tercium, revocari cetera omnia decreta, nisi quatenus tantum huic decreto fabent. — E. —

= Limitationes quæ apponi possunt in decreto ubi declaranda supponitur Ecclesiæ mens.

Quoad preteritum, ut qui contrariam sententiam deffensarunt hucusque, iudicandum est nullatenus adversatos esse honori Beatæ Virginis. nam Ecclesia, eius rei libertatem propter gravissimas causas tribuerat, et mentem suam nondum ita perspicue explanaverat. et ea ex re contigit, ut controversiæ veritas magno ingeniorum certamine discussa, plus illustraretur, et Christifideles per totum Orbem tanto maiori erga Beatam Virginem studio ac devotione inflamarentur.

Quoad presens, ut Sedes Apostolica non intendit per hoc, hanc controversiam deffinire. —

Quoad futurum, ut nullus audeat contrariam sententiam ut hereticam condemnare. —

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Quod petitur a [illegible], est definitio controversiae de Conceptione Beatae Mariae Virginis.

In [illegible] hac petitione est [illegible] tria consideranda.

Primum est, quod [illegible] Romana Ecclesia (absque fidei definitione) declarat [illegible], [illegible] et esse, celebrare Conceptionem sanctam et immaculatam, et praeservationem ab omni culpa seu peccato originali: et propterea in eius honorem officium instituit et ordinavit, ad illiusque celebrationem fideles per indulgentias [illegible], pro ut in extravagantibus praedictis continetur; quod officium antiquum a Sede Apostolica [illegible], [illegible] et de [illegible], [illegible] esse vere.

Hoc primum punctum Pontifex potest et debet declarare, tum quia constat ex extravagantibus Sixti IV et ex officio antiquo et moderno; tum etiam quia fideles [illegible] a Pontifice quod declaret quid celebratur in [illegible]. Et [illegible] [illegible] finem imponere [illegible].

Hoc etiam de causa [illegible] petitur praeceptum Gregorii XV. quo prohibetur omnis contraria sententia voce vel scriptis, [illegible] vel privatis, [illegible] omnibus licentiis generalibus vel particularibus, quae a [illegible] praecedentibus [illegible] [illegible] valebunt.

[illegible] [illegible] decretum [illegible] faciunt [illegible].

[illegible] quae [illegible] Ecclesiae quod praeservationem, ut quae contrariam sententiam [illegible], [illegible] Beatae Virginis. [illegible] Ecclesia, [illegible] [illegible] et [illegible] ita [illegible] explanaverat. Et ea ex re [illegible], ut controversiae [illegible] [illegible], [illegible], et Christi fideles [illegible] erga Beatam Virginem Mariam ac devotione inflammentur.

Quod Ille Apostolica [illegible] sine contradictione definire.

Quod nullus audeat contrariam sententiam ut [illegible] condemnare.